



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

IV. An, quove pacto Deus propter se creaturas amet?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

conditionata asseritur, nec inefficax sed, efficax; alioqui promptior, faciliusque solutio foret, voluntatem illam Dei conditionatam ex parte obiecti inefficacem esse, quam quod conditionis purificatio à nostro arbitrio pendeat. Sed enim, & si prompta illa inefficacia decreti solutio eius difficultatis sit, non tollit quo minus & illa ex dependentia purificationis, seu positionis conditionis abusu postre libertatis sit prompta, & expedita: quod probant Patres ea pro libito videntes, cum alia inefficacia voluntatis vti æque expedit possent. Et quidem in his voluntatibus inefficacibus ratio specialis erat, ut ad id potius recurreretur, ut vitem doctrinam nobis declararent: nempe duplicis inefficacia desiderium Dei: Sed esto efficacem illam voluntatem de hominum salute, si velis Patres isti asserant, eritne sub ea conditione efficaciter desiderata à Deo collatio ab ipso salutis, vel salus libera, & contingens, an necessaria? necessaria utique: ergo non est de obiecto conditionato, siue immediate siue mediate contingens: quare nec proprie conditionato, quod solum deabus illis conclusionibus contendebamus.

QVÆSTIO IV.

An, quove pacto Deus propter se creaturas amet?

¶ Mari à Deo creaturas propter seipsum, sensu aliquo vero, constans apud Patres, & Scholasticos est, ut eorum testimonio apud ipsos frequentibus, & scriptores omnes vulgarebus recitandis immorari sit orisum; tamen eius locutionis, non ita vulgaris, verus sit sensus Theologicus. Igitur verus communis illius propositionis sensus examinandus, statuendisque in primis erit, ut succedentium difficultatum sit expeditior decisio.

CERTAMEN I.

Ad veram quæst. & intelligentiam decisionis notata.

¶ Exacto sensus huius propositionis examini, & decisioni præmitto vulgarem, & statim finis divini finem in finem *enim*, & finem *qui*. Finis *cui* est persona, in qua complacemus, & ex cuius complacentia bona illi, commodaque volumus: desiderio quidem, quæ non habet, gaudio vero, quæ habet. Finis vero *qui* ea omnia sunt, quæ ex eius complacentia, tanquam ipsi bona, commodaque volumus iam ab ipso habita gaudio, nondum autem habita desiderio. Hæc ita apud Philosophos, Theologos, & Patres, firma, vt dignitatum loco ab omnibus habeantur, ac sine ulteriori examine & probatione (vt pone per se nota) recipi debeant.

1. Statuo inde secundo: Nihil, quod personæ alicui boni commodumve, aliquove modo conveniens, siue proximè, siue remote non sit posse, vel ab ipso, vel ab aliis ipsi appropiari, vt finem *qui*, nec de illo ex complacentia ipsius concipi gaudium. Ratio ex notato primo est proclivis, quia bonitas, seu boni, & amabile ut finis *qui* teste Philosopho relatum ad personam essentia sua est, quia alicui bonum, unde ille aiebat *omne bonum amabile esse* maxime *autem unicuique proprium*; & ratio vltior manifesta est. Quia, quæ alicui nullatenus convenientia sunt, siue tanquam eius perfectio, vel eius perfectionem, unitatem, & bonitatem siue integritatem essendi, atque entitatis siue intrinsece constituentia, vel extrinsecus ad illam proximè, vel remote conducentia nihili ipsius, quod finis, vel non finis referre possunt: quare neque ab ipso neque ab alio ex cuius complacentia desiderari, cum absumt, nec de eis, cum absumt ex eiusdem complacentia gaudium haberi. Ergo enim sanus ex Regis Hispani complacentia opter erant museæ in Arabia, vel quod Turca barbam friceret? gaudere, quod hæc acciderint?

2. Et inde tertio: finem *qui*, & finem *cui*, & si plerumque diversa sunt, ita vero inter se esse connexa, atque in motione intentionali sibi subordinata: vt respectu eius, quod personæ, in qua complacemus nullatenus bonum, & conveniens est, ac subinde, nec finis *qui*, esse potest finis *cui*, suam intentionalem motionem propriam finis *cui* Christi, de Ortega, de Deo Pno. Tomus II.

fortiri, atque exercere nequeat. Etsi enim plerumque bonitas, & perfectio propria finis *cui* à bonitate finis *qui* diversa sit, quia illa intrinseca personæ esse debeat, & si sæpe per extrinsecam nobis innoscat: bonitasque finis *qui* extrinseca entitatis saltem personæ, in qua complacemus, plerumque sit; at cum hæc conveniens personæ ipsi, commodaque, verè & realiter esse debeat, (vt nuper demonstravimus) motio intentionalis *cui* ad ipsi nullatenus convenientiam, amanda esse non potest: quare neque hæc ex complacentia illius motionem intentionalem finis *qui* exercere, & si eam exercere valeant respectu personæ alterius, cui aliquo modo sint vere bona, & proficua: quare quod ad motionem suam intentionalem, uterque finis, & *cui* & *qui* necessatio subordinantur.

4. Animaduerto quartò: ex dictis controu. 2. d. 3. & hic disp. 1. q. 2. cert. 2. Deum ipsum secundum rationem summi, atque infiniti omnimodo boni, siue secundum summam suam bonitatem, solum, & adequatum obiectum specificatum amoris Diuini secundum omnem suam formalitatem, & extensionem obiectiuam, & modum, omnino esse; ita, vt cum primum amor sui in Deo concipitur omnis voluntatis eius tendentia, & amor ad secundaria alia, etiam extrinseca bona, quoad formalitatem, & modum omnem amoris diuini habitus, conceptusque à Deo simul, semelque sit, effectusque ad extrinseca omnia, (si per impossibile aliqua forent) quæ non eius potentia, & voluntate, sed alterius, in rebus ponerentur, quin obiecta, bonaque reliqua, quoquo modo amentur à Deo, aliquam amoris Diuini, (adhuc erga ipsa) quoad substantiam, aut modum tendentia affectiua, etiam in ipsa, ponat, ac primo conceptu à Deo amoris sui, vt summè boni superaddat. Hoc in simili de specificatio adequato Diuinæ scientia citata controu. 2. d. 3. & hac controu. 4. d. 1. q. 2. certam. 2. ita in terminis, vt aiunt, ipsis probatum est, atque ab oppositionibus, quæ ex nostris statutis statuendisque conclusionibus suboriri possent, vindicatum, vt nihil iam, vel ad eius probationem, & de-
fensionem dicere hic oporteat.

5. Denique siue è summa Dei morali bonitate in actu primo considerata, siue habituali inclinatione ipsius naturæ, & voluntati congenita (vt sic loquar) ad virtutum omnium moralium opera, & exercitium, satis Deo impulsus intentionalis, quasi actiui (non enim hic de intentionali obiectivo, qui in obiectiva earum virtutum bonitate, & honestate est loquor) esse, (v.g. iustitiæ, misericordiæ) vt nullo alio motu intentionali præter virtutum ipsarum exercendarum honestatem egeat, vt in earum opus, & exercitium prodeat promptissime. Immo eam inclinationem naturalem, & imperum actiuum vt creatis miseris succurrat, bonaue creaturis largiatur nullis egeat adminiculis motiui aliis per nos, aut creaturas alias prius appositis, vt cunctantem adhuc, in exercitio misericordiæ, aut liberalitatis propositæ virtutis gratitudinis ob præstita prius à creatura, cui succurrendum, beneficiendumque est obsequia, actiua intentionali eam motionem impellatur vt benefaciat, vel succurrat: quasi solo virtutis misericordiæ, aut liberalitatis actiui intentionali impulsu, vel nullo, vel nõ ita facile beneficeret, vel succurreret, nisi etiam impulsu intentionali actiui gratitudinis, (vt nobis frequenter accidit) ageretur. Notata hæc, à Deo digna Deo, cum in hac, tum in sequentibus proximè præ oculis semper habenda, ne abertetur à vero.

CERTAMEN II.

Verus, non vulgaris, Theologicus eius propositionis sensus aperitur.

1. Communis Theologorum sensus videtur esse. Deum amare creaturas propter seipsum, tanquam propriè finem illarum suo illo amore volitum, illamque multis scripturæ locis, & Patrum probant Scholastici: quæ omnia summa enuntiatione, vti assolet, concessit noster Ruiz de Montoya disp. 3. de volunt. sed. 1. multas ex illis rationes Theologicas adiungens. Refert pro ea S. Thom. certam. 3. explicandum, Magistrum in 1. disput. 1. Albertum, prima parte, quæstione 79. metaph. 1. ad 2. D 2 Alex.

2. Dicendum est primo: Deum amare creaturas, propter seipsum, ut specificatiuum amoris creaturarum etiam, quatenus ad ipsas vel omnes, vel singulas terminatur, et coque sensu aliquatenus amare creaturas propter seipsum, ut finem. Hoc solum contendunt fuisse tantum tandem Scholastici, & Ruiz ipse, si attente cum ibi, tum aliis multis locis legatur, ubi affines questiones, & difficultates tanguntur: de aequalitate delectionis Dei, & honestatis moralis, de obiecto ignobiliiori, in qua ad rationem specificatiui actum diuinorum (quem Deum eiusque solum bonitatem esse dicunt) quoniam finis rationem intendunt, ut vel in ipso Ruiz de Prefata videre est citata & sequentibus, aliis quibus praefata discitur, vel tangitur vique ad 17. includere praeterim sect. 4. vbi finis finis rationem pro specificatiuo adaequato amoris diuini vsurpante. Prima conclusio- nis pars probatur immo vero probata iam est certam. 1. & notat. 4. quia cum adaequatum motuum specificatiuum amoris diuini fit Dei summa bonitas, seu Deus, qui summe bonus est, ita ut nihil amoris formalis, & formaliter, quia talis, ad obiectum aliquid, quin Dei & summae eius bonitatis amor formalis & formaliter fit, ferri terminarique valeat, neque creatura vlla a Deo amari, quin formalitate eadem amoris praemati, siue primario amari intelligatur: quare, & propter seipsum amari creata a Deo: sumpto propter specificariue respectu amoris formalis creaturarum, ut prima pars conclusionis nostrae afferebat.

4. Eadem secunda pars probatur, explicatius vultus ex doctrina S. Thom. I, part. quartæ, q. 2, art. 1. corpore, et aliorum ex antiquis probata Recentioribus Theologis (nescio an satis desiderij), et gaudiij radicem: id quod intelligitur, tam ipse Ruiz, quam alij de amore, quem strictum vocant, ad bonum quatenus a presentia, vel absentia præcisdit terminatum, qui ex dictis quasi, impossibilis, et chimericus facile appareat. Amor igitur, qui radix desiderij, et gaudiij est, ac ceterorum, si qui restant, voluntatis affectum, est complicitia in persona, seu sine ei bona desiderantur, vel de quibus ab ipso possessis gaudemus: ac proinde ea vel gaudijs vel desiderio velle ex complicitia, vel nostri, vel alterius proprietate sermonis dicitur: cum igitur amor sui in Deo fit de seipso complicitia, ex indeque idem amor formalis formaliter fit amor creaturarum in eo etiam suum ei imitatur, etsi in aliis a proprietate suis cum illarum deficiat: quare aliquatenus etiam suis ei propter quem amatur, dici potest.

5. Dicendum secundo. Deus creaturas propter seipsum, ut finem proprietate sermonis non amat. Aestimo

6. Hæc fufius tranſcipiunt, ne quis à ſenſu Parum & antiquorum conclufione hæc ſecunda recedere verborum formæ deceptus fuſpicaretur: cū rationis, quam iſta probanda conſeclit eſt, claritas præſato ſolique, non autem propria finis acceptione doctum conſuevit loqui præſentibus latius offendit: ſic autem ratio habet ex notis certam. i. à nūm. 2. quia nequit Deus exercere motum intentionalem propriam finis, ſive qui, ſive cui reſpectu creaturaturam amoriſque eorum: atque neque ſine ſine propriam finis habere, niſi alterutrum finis, vel qui, vel cui: ergo nequit habere motum proprium finis reſpectu creaturaturam: quare neque ac propter ſic ut finem ſermonis propriatæ amare poteſtatem ad ſe. Maior probatur, quia niſi amari ab aliquo eſt, vel, vel alterius complacencia poteſt, quod ipſi, vel alteri commodum conuenienſque verè non ſit, ut ordinamus nūm. 2. & 3. atque creati Deus per commodum, conuenientiam, vitare nullatenus finem. Plam. ſic. *Diri Deus Deus meus eſt, quoniam bonorum morum non eſt, ſuper ratione: quia nec in ſui exiſtencia, & affectione bonitatis, aut perfectionis alicuius, ac felicitatis, etiam extrinſecus, a creatis pendet: alioqui per generalitatem minus ſociis abſolute præſcelletis, in qua abſque creatis præſcelletis: ergo nequeunt amari ab ipſo propter ſeipſum, vel finem qui, neque ut finem cui, ſive eſt ſui complacencia.*

Aduersis argumentis obuiatur.

[illegible]

novissimis rependere: sum etenim Omega, seu novissimus, & finis: nempe finis, & novissimus omnium superstes, ut pro cuiusque meritis facta rependam.

2. Et quamquam huius fœderis occasione de finis motione intentionali, non adeo rigida, & literali textus intelligentia, ab Anagogicis contemplatiuis nonnullis, tum præcis, tum recentioribus quandoque tradatur; non respectu Dei, respectu cuius principium Deus dici non potest, sed creaturarum ordinatæ earum amoris Deus finis proprie est, sicuti, & proprium est earum principium efficiens. Nam hominis Deus finis est, reliqua autem propter hominem condita, ut ad eius finis affectionem homini inferantur: proprioque deinde sensu rationalibus creaturis, & reliquis Deus Alpha ac principium efficiens est, & Omega seu finis: secus autem Deo ipsi, qui est sui complacentia tanquam sibi vitia, & bona creaturas amare nequit, id quod verba Augustini prima loci inferius opponendi manifeste conuincunt. Negat enim Deum creaturis finiri posse, quia eis non eget; eo autem omni, quod quisque ex se, ut sine eis, & complacentia sui potest appetere, & desiderare, tanquam finem qui sui desiderij, & appetentie, finiri illum posse, tum possidet certissimum notissimumque est.

3. Opponiturque secundo illud Proverbior. 16. *uniuersa præter semetipsum operatur est Dominus.* Cum autem idem finis volitionis, atque operationis in operante per voluntatem esse debeat: immo nullo alio modo operatio finem habere possit, quam secundario, & participatione finis præstituti volitioni: perquam operatio procedit: fit sanè volitionis diuinæ, qua vult Deus creaturam operari, operaturque, finem, propter quem ea vult producere Deum ipsum esse. Hæc autem obiectum ex minus penetrato loci huius sensu procedit: in primis dilui facile potest, si dicatur: illud propter, motuum specificationem primariè à Deo diligendum significare, ut certum est, ex Valquez offendimus; non autem proprie motum finis. Secundo literaliter respondeo iuxta notata certam. 1. num. 4. illud propter non motionem intentionalem obiectum Dei finalem, meritoriamque formaliter significantem, sed motionem intentionalem actuum virtutum moralium, quæ in Deo sunt, promptissimarum in suo cuiusvis genere: ut ostendatur ad cuiusque facile promptissimum, expeditissimumque exercitium in quavis circumstantia, & occasione, alterius virtutis, aut motui extra ipsam impulsu minime egere: uti sæpe nos egemus, ut in alicuius virtutis exercitium faciles, facillimeque prodamus. Ideo addidit *imprimis quaque in diem malum*: ne, quia adeo ex misericordia, & liberalitate sua ad beneficia nostra procliuem Deum ex scriptura, & experientia, & audimus, & credimus, & videmus, impediret, tardiorumque de se se oblata delictorum occasione, iustitiam Dei punitivam putaremus, proinde ad vitia effrenaremur.

4. Nos igitur monet sapiens iustitiam punitivam Dei non de se se expeditam ad supplicia esse, atque ad beneficia misericordiam, & largitatem, ut ea veritate à peccatis deterreamur, atque ipsius bonitatem, & misericordiam, nostrique amorem exaltemus: quandoquidem, cum ratione promptis, & inclinatis ex iustitia vindictæ suæ ad supplicia sit, atque ad veniam, & beneficia nostra ex largitate, & misericordia, in harum tamen potius, quam illius, exercitium frequentius prodeat iuxta illud Isaia 43. *Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & similia plura, quæ opponi nobis ex scriptura possunt: inquam genuinam sanè horum, & similiarum locorum explicationem passim testimonia Patrum occurrunt, quæ ideo non recito: solum in eius confirmationem addo, quod sæpe homines (& per factum, & superbiam plerumque) rogati, vel iniuncti, vel ignota constituti respondere solent: propter me metipsum: Hinc: *esse lo hize por mi mismo, por ser to quien soy*: vbi se ipsos finem largitionis illius fuisse non significant; sed suam actiuam, vel nobilitatem gentilitiam congenitam, vel virtutis studio partam actiuam inclinationem talem tantumque esse iactantur, vel ostendunt, ut alterius, etiam eius inclinationis motionem ac impulsu ad ea præcanda non egerint. Hunc sensum elegantissime similibus locis inuenimus dedit Chrysostomus, ad Ephes. 1. serm. 2.*

prope morale, id in laudem gloria ipsius, Dei operibus tanquam finem continuo à Paulo præfixum scribens. Nam siquidem nostris gratia inquit ista fecisset sine hastitatione vtrique non fuisset. Si verò propter seipsum, & ut bonitatem suam ostendat; veluti quod etiam testimonium causam ponit, qua ista non aliter fiant, quemadmodum, & apud Israelitas, fac nobis propter nomen tuum (Isaia 48.) & iterum Deus ipse: propter me ipsum faciam, & Moyles, fac nobis propter nomen tuum, siquidem nullius alterius gratia facturus es. Sed bonitate tuæ & misericordia actiue intentionaliter solum actus, & impulsus quam tibi summe adesse ostendes, cum à te solo motus in tanta beneficentia nostra processerit quod absque immensa misericordia, & largitatis tuæ actiua inclinatione fieri non posset.

5. Opponunt tertio Augustinum 1. de doctrina Christiana c. 31. sub initio, vbi à Deo fruitionem creaturarum, quibus vtrique non eget, & quæ nil ipsius referunt reicit: solumque eis vti ipsi concedit: hoc discrimen subdens, vltus creaturarum in voluntate diuina, & in voluntate creata his verbis: *Sed neque sic vtiur ut nos.* Nam nos res, quibus vtiur ad id referimus, ut Dei bonitate perfruamur: Deus vero ad suam bonitatem refert. Ergo: sicut nos, cum rebus vtiur, ac non abutimur ad Deum tanquam finem vti illo voluntatis nostræ illas referimus, ita diuinæ voluntatis vltus dum creatis vtiur illa ad suam bonitatem, tanquam ad finem refert ex Augustini sententia. Respondetur discrimen ab Augustino assignatum in eo solum stare, quod rectus vltus voluntatis nostræ de creaturis, nisi relatione, vel actuali, vel virtuali ad extrinsecum bonum, summum bonum, & finem nempe, stare nequeat, cum tamen rectissimus Dei de creatis vltus nullo extrinsecum motui egere: se enim ipso diuinæ voluntatis, quicunque actus ex bonitate summæ Dei adequato volitionis diuinæ specificatione, omnem, & summam omnigenam honestatem, & rectitudinem trahit; quin illam aliunde desumat, ut de moralibus Dei virtutibus agentes ostendimus. Ad hoc autem opus non est, ut voluntatis diuinæ vltus ad Dei bonitatem tanquam finem proprie referat, sicut nos (quod fieri nequit vt vidimus) sed tanquam obiectum primarium specificationum.

6. Quarto opponunt S. Thom. quæst. 19. art. 1. ad 1. art. 2. ad 2. & 3. dicentem à nulla alia bonitate, nisi diuina, Dei voluntatem moueri, & art. 5. corp. ait. *Deus sicut uno actu omnia intelligit in sua essentia, ita uno actu vult omnia in sua bonitate.* Sed hæc nihil aliud, quam nostras probant conclusiones: nempe diuinam bonitatem esse adequatum specificationum omniamque diuinis, quare finis motionem aliquatenus respectu illius imitari; immo illo, sicut, motio alia finalis proprie bonitatis Dei in diuinum amorem excluditur; cum nihil simile præter adequatam specificationem in essentia, & veritate diuina respectu diuinæ scientiæ reperitur.

7. Quinto opponunt frequentia loca, quibus Prophetæ olim Deum beneficia, & delictorum veniam propter ipsius gloriam, laudem, & exaltationem nominis sui precabantur. Inepte autem precibus motuum illud prætenderent, ob quod operaturum Deum non crederent: ergo propter se, suamque gloriam Deum volunturum benefacere, & benefacturum populo credebant. Sed impræmis bonum, Dei nomen, gloriaque nominis eius apud nos Deus ipse, & increatum aliquid non est, sed quid prorsus creatum: quare ex eis locis perperam inferitur Deum propter se, suamque bonitatem ut finem operari: Secundo, esto, id inferatur: male tamen adhuc deduceretur illud propter motionem causæ finalis denotare: cum sola motione intentionali obiecti primarij, & adequati specificationi amoris diuini, quam summæ Dei bonitati concedimus, proprietate sermopis illud propter diceretur. Tertiò: illud propter in eis, reliquique locis similibus non motionem obiectiuam, sed quasi actiuam intentionalem denotare ostendimus n. 4. & luculento Chrysostomi testimonio, quod nostræ conclusioni opponi etiam solet, confirmamus.

8. Sexto oppones finem debere esse æquæ saltem bonitatis ac sit volitio; alioqui inordinatè ad perfectiorem ipsa finem referretur, quod præposterum est. At si volitionis Dei finis bonitas non sit, nequit finis æquæ bonitatis

nitatis esse atque est volitio divina ut patet ergo huius finis Deus est. R. spondeo: Maiorem sub lite adhuc, ut sonat, esse posse variis de causis, cuius confirmatio nunc. Nam, etsi in medijs, quæ ob finem amantur, & apponuntur, locum habeat exploratum; fecus autem in volitione quæ finis effectus quidem est & mediorum ad ipsum relatio, non autem medium, & quod ex electione ad ipsum ut quod refertur. Sed ne his in re clariori implicemur: distinguo maiorem, finis specificatiuus volitionis concedo maiorem, non specificatiuus, quia ex motu non proprie finali specificatam volitionem necessario supponit, nego; & concessa minori, nego consequentiam: quia, ad quemcumque finem Deus sibi in volitione, & effectione creaturarum præstat, supponitur eius volitio, & omniamor adæquate constituitur, & specificatus à bonitate Dei, tanquam obiecto primario formali, & adæquato specificatiuo, & motuo; non quidem, tanquam proprio fine, quemadmodum scientia divina à Deo ipso, ut obiecto primario, & adæquato suo specificatiuo adæquate specificatur, & constituitur.

9. Septimo oppones: creaturam, quæ bonam essentia sua esse participationem, & imitationem diuinæ bonitatis: ergo nequit amari bonitas creata, nisi ut participatio, & imitatio, & imago quantalacunque diuinæ bonitatis idealis: ergo nequit amari, quin diuina bonitas ametur, præmeturque ut finis. Negatur consequentia postrema: cuius potius opposita est antecedenti, & consequentia prima videtur inferri. Nam medium, etsi intentionaliter à fine causatur, sitque in eo causandi genere ipsius effectus, aut in genere & linea causalitatis physice causa physice concludens ad positionem sui proprie finis esse debet: quod creaturæ bonitati respectu bonitatis diuinæ, quam essentialiter præsupponit, nequit conuenire: motio autem finis, proprie talis, respectu volitionis, seu amoris obiecti alterius, nisi erga obiectum, quod proprie medium ad ipsum finem consequendum sit, nequit exerceri. Quare nescio quo pacto noster Ruiz, qui Deum finem amoris creaturarum proprium probare videtur d. 3. tota sect. 1. sub eius tamen finem n. 18. obferuat Deum non esse finem volitionis suæ erga creaturam, tanquam mediū: nisi forte in nostram sententiam reciderit: Deum nempe non esse amoris creaturarum finem proprium, sed solum obiectum motuum primarium, & adæquatum specificatiuum amoris sui erga illa.

10. Octauo oppones: nulla bonitas creata amabilis à Deo est nisi honesta; aut honesta non est nisi relata explicitè ad bonitatem, & honestatem diuinam, quæ prima honestatis omnis regula est: ergo quin referatur actu, & explicitè à Deo in ipsum Deum tanquam in finem. Ingenti æquiuocatione, & fallacia argumentum laborat. Maior est apertè falsa. Nam entitatiua, & physica rerum bonitas, honestas formaliter non est; & tamen amabilis à Deo est, & de facto amatur: & honeste quidem, etsi autem honeste amari à nobis nihil possit, quin implicite saltem in Deum tanquam in finem referatur, quia Deus reuera finis noster est; aut cum Deus sibi ipsi finis non sit, nec creata bonitas, sine physica, siue moralis medium ad alterutram Dei bonitatem esse possit, ut vidimus; etsi honestas, omnis creata imitatio, & aliquis conformitas, seu participatio diuinæ bonitatis sit, non oportet, immo neque fieri potest, honestatem creaturæ à Deo ob suam honestatem, cuius illa participatio imago, & imitatio aliquis est, tanquam finem amari: quomodo autem infinita, ac summa honestas amoris diuini erga creaturam saluetur, quin se ipsum ut finem in eorum amore respiciat diximus supra: satis ad id esse, habere se eius bonitatem pro adæquato obiecto specificatiuo, de quo nobis virtutes morales Dei examinantibus sermo redibit. Mitto alia, quæ, etsi hoc indè recte, & remotius impugnant, directe tamen, & proximè amorem Dei erga creaturas propter se ipsas, & propter alias, ut proprium eius amoris finem impugnant: quæ proinde opportunius proponemus quæstione quinta sequenti. Plura verò alia, quæ à ratione pro opposita sua sententia adducit Ruiz sect. 2. solum probant diuinam bonitatem adæquatam specificatiuum sui amoris, etiam erga creaturam, & obiectum primarium esse debere: suntque dilicet, facillime à quouis ex dictis dilicienda.



QVÆSTIO V.

*Ametne Deus creaturas propter ipsas
ut finem.*

Questio Deo à munere proprio finis sibi præstiti in suo erga creaturas amore, examinandum venit: an amoris sui creaturas (quæ solæ ultra ipsum reliquæ sunt) à se citra dubium amatas, pro amoris ipsarum sine proprio habeat? Cum enim rationale, & summe perfectum sit: propter finem operaturus cuiusque.

CERTAMEN I.

Doctorem sententia.

1. **P**rima sententia docet, nihil creatum posse esse obiectum formale, siue finem proprium ob quod vel ipsummet, vel creatum aliud propter ipsum à Deo ametur: ita Alexand. Hemicus, Gabriel, Diedo, Quirós, Vasquez citati quæst. 4. certam. 2. numero 1. & plures alij, quos refert, & sequitur noster Hemelmann titulo 7. d. 2. cap. 6. Alarcon d. 2. cap. 1. & alij, qui ad obiecto formali motuo amoris diuini, etiam diuinis personalitates reiciunt, pro hac sententia à fortiori referuntur. Sunt autem Scotiste omnes, quos sequitur Sinsing, tract. 3. d. 3. quæst. 1. sed tamen ex hac sententia de exclusionem personarum ab obiecto motuo formali diuini amoris, non tuto pro præsentis conclusionis refutatur: siquidem, & nos illud ipsum de personalitatibus docuimus, & tamen oppositam præsentis conclusionis sententiam siue inconsequentia vlla doceamus: ex alijs verò citatis, qui negant creaturam esse obiectum formale motuum Deo ad creatum aliquid amandum, plures de obiecto primario motuo, & specificatiuo diuini amoris loquuntur, quod vel solum curat, vel per incuriam cum motuo amoris proprie finali, ut in creatis euenit, in diuino etiam amore confundunt; cum tamen hic motuum specificatiuum à proprie finali valde differat: ut ex dictis mosque dicendis clarebit.

2. Secunda sententia fuit Durandi in 1. d. 41. art. 2. numero 5. Anton. Cordub. quæst. 56. opin. 5. part. 2. ad 1. dubium plurimum item Reccatorum Thomistarum innumeratorum apud Vasquez proxime cap. 1. num. 4. vel Secunda opinio & Ferraræ 1. contra gent. cap. 86. & 87. etsi quandoque in primam vergere videatur, ac tandem Herize, Albiz, Arriagæ Petri Hurtado, qui omnes afferunt Deum creaturas omnes propter seipsum, tanquam finalem rationem, & motuum amare; & tamen eum amare illas propter ipsas: quam sententiam videtur docuisse Sanctus Thomas citatis locis contra gentes. Post quam enim capite 86. probant diuinæ voluntatis, rationem quidem dari, non causam, atque inter diuinæ voluntatis rationes assignabiles, & Dei bonitatem, & bonitatem etiam creaturam designat: exemplum adhibens vniuersi bonum, cuius ratione, & gratia singularia valde & producit, cui doctrinæ inest cap. 87. quod ita inchoat, *quoniam autem aliqua ratio diuinæ voluntatis est causa: non tamen sequitur quod voluntas eius sit altera causa.* Sicuti prima parte, quæst. 19. art. 1. ad 3. & art. 2. ad 2. negant eadem vbiuis ratione: quod actus eodem & indiuisibili, atque vniuerso volitionis suæ vellet vniuersa, quæ vult.

3. Quod autem cap. 86. negat inter obiecta creata esse aliquod diuinæ voluntatis causam; cap. autem 87. diuinam bonitatem esse causam voluntatis diuinæ affectu nec dictæ sententiæ contradicit, quia causam pro ratione motiua tunc usurpat: neque à ratione diuinæ volitionis erga creaturas creata omnia reicit; quæ ut volitionis rationem